

**511** VII. | Imp. Caes. [M.] Iulius | Philippus Pius Felix | Aug. pont. max., trib. pot. V<sup>1</sup>, cos. III, p. p., procos.; | imp. Caes. M. Iulius Philippus Pius Felix Aug., filius d. n. Phil[ip]pi Aug., pont. max., trib. pot. V<sup>2</sup>, cos. II, p. p., procos., vi[a]m quae dicit a Nor[a Karalibus] vetustate [co]rruptam restituerunt, curante P. Aelio Valente proc. eorum, praef. prov. Sard. | e. v.

*In Sardinia, miliarius viae Nora Carales ducentis (Notizie 1883 p. 92). Similis extat alter miliarius eiusdem viae (X 8001). — 1) A. 248. Hoc ipso anno Philippus pater tertium, filius iterum consul processit. — 2) Mirum est quod Philippo filio, quem non una cum patre imperatorem esse factum documenta sat multa, tertio anno post patrem nonnulla (ut infra N. 513) probant, adscribitur idem numerus tribuniciae potestatis qui patri; sed idem reperitur etiam in diplomate militari LIII (III p. 896, X 5553), item in nummis plerisque; Mommseno videtur Philippus filius statim, cum Caesar factus est, accepisse tribuniciam potestatem, et ita factum esse ut postea in numeranda tribunicia potestate alii inciperent ab eo anno, quo Caesar factus est, alii ab eo quo Augustus (cf. eph. ep. 4 p. 181. 182, Zeitschr. f. Num. 6, 1879 p. 412—413).*

**512** M. Iulio | Severo | Filippo<sup>1</sup> | nobilissimo | Caesari, | nobilissimo principi | iuventutis, | res publica | Albonessi|um.

*Albonae in Histria (III 5049). — 1) Severi cognomen, quod a matre sine dubio accepit, Philippo iuniori praeterea datur etiam in nummis civitatum quarundam Pamphyliae (Köhne Zeitschr. f. Münzkunde 6, 1846 p. 122; Revue num. 1855 p. 50. 52).*

**513** Marciae Otaciliae Severae | Aug., coniugi d. n. imp. Caes. | M. Iuli Philippi Pii Felic. Aug. | pont. max., trib. pot. V<sup>1</sup>, cos. III, | procos., p. p., mat. imp. Caes. M. Iuli | Philippi, Aug. f., Pii Felicis | pont. max., trib. pot. II, cos. | II, procos., p. p., principis iu|ventutis, Aug., et castorum et senatus et patriae, | res p. Cuiculitanor., devota | numini maiestatiq. eorum, | d. d. p. p.

*Cuicul (Djemila) in Numidia (VIII 8523 servavit Delamare, auctor accuratissimus). — 1) A. 248.*

**514** imp. Caes. C. | Mess. Quiuto | Traiano | Decio [P. F. Aug.] | p. m., trib. [pot.] | II, cos. II<sup>1</sup>, p. p., | restitutori Daciarum<sup>2</sup> | col. nova Apul[e]s.<sup>3</sup>

*Apuli in Dacia rep. (III 1176, semel descr.). — 1) A. 250 (consul tertium fuit a. 251). — 2) Significatur victoria Decii de Gothis (Iord. Get. 18); etiam in nummis Decii (Eckhel 7, 343) celebratur Dacia felix (Mo.). — 3) De colonia nova Apulensi cf. Mo. l. c. p. 183.*

**515** imp. Caes. | Ca. Mess. Q. Tra. | Decio P. F. inv. | Aug. p. m., tr. p. II<sup>1</sup>, | p. p., et Messis | Decio et Quin|to nobilissi|mis Caess. Augg. A B.<sup>2</sup> m. XCIX.

*Prope Innsbruck rep., columna miliaria (III 5988 vidit Mommsen; similis est III 5989). — 1) A. 250. — 2) A Brigantio (Bregenz).*